

concentuum orationum visu audituque admirabilissimam! Cardinalis *Pacelli* legatus Summi Pontificis Pii XI hospitio gubernatoris *Nicolai Horthy* utens in palatio regio habitavit, unde prospectus pulcherrimus ad orbem infra sitam praebetur. Speramus fore, ut et Sua Eminentia et hospites eucharistici omnes haud indignantes Budapestini reminiscantur.



LECTARIUS MINIMIS.

Henricus Ford.

Industrialis¹ magnarius¹ Americanus, de cuius divitiis nos omnes iam multa audiebamur, aliquando cursum² aerium² facere voluit. Sed antequam profectus est, in tabellarium in aedificiis officinae situm iit. Quem advenientem praefectus familiae³ ministrorum³ vultu valde concitato accepit:

Velim ignoscas mihi, domine, sed... sed... te alicuius rei certior⁴ facere⁴ debeo.

— Quid tibi vis? — interrogat Henricus Ford habitu insolito praefecti perterritus.

— Hodie mane — continuat ille — cum in tabellarium adveneram, vigilum⁵ quidam me accepit et mihi se nocte somnia horrenda vidisse narravit. Aeroplanum ab alto praecipitavisse⁶ et te, domine, sub ruinis aeroplani membris ruptis iacuisse. Scio enim te quodam modo somnia credere, qua de causa ad te veni omnia narraturus.

Henricus Ford, qui sine dubio superstitiosus⁷ erat, his auditis perterritus incepto destitit. Postero die aeroplanum, quo et ipse vehi cogitaverat, elapsus⁸ et omnes vectores repentinā morte peremptos⁸ ex diurnis⁹ accepit. Vigilem statim ad se venire iussit.

«Amice — dixit ei — me magnis periculis a te ereptum esse scio. En habes gyrum¹⁰ duorum milium dollarum. Simul mercedem novissimam quoque accipies, nam hodierno die dimissus¹¹ es.»

— At, domine, quomodo, non intelligo — balbutit¹² vigil novitate rei oppressus — me primo donatum deinde dimittis?

— Videlicet, nam vigili non est dormiendum.

¹ nagyiparos = der Großindustrielle = grand industriel
² légi út = Luftreise = voyage aérien ³ személyzet = das Personal = le personnel ⁴ értesíteni = verständigen = informer ⁵ éjjeli őr = Nachtwächter = gardien de nuit, veilleur ⁶ lezuhan = herabstürzen = s'abattre, piquer vers le sol ⁷ babonás = superstitieux ⁸ mortuos = napilap = Tageszeitung = quotidien ⁹ csekk = Scheck = chèque ¹⁰ elbocsát, elcsap = entlassen = renvoyer ¹¹ dadog = stammeln = bégayer

Salse dicta.

I. Indus praecepta quaedam religionis aegre ferens sacerdotem adiit eumque rogavit: «Offendit¹ praecepta religionis, si dabras² edam?»
«Minime» — respondit sacerdos sapiens.
«Et si quid fermenti³ quoque sumam?»
«Neque.»

«Et poculum aquae bibere licet?»
«Cur non?»

«Vides-ne, optime domine, — dixit tunc Indus noster, — vinum dabrae ex his tribus materiis compositum habemus. Cur igitur vinum non est bibendum?»

At sacerdos minime perturbatus: «Dic mihi, mi fili: affert-ne tibi dolorem manipulus⁴ harenae capiti aspersus?»

«Non» — dixit Indus surridens.

«Et si quid aquae superfundo?»

«Neque illud.»

«At quid mihi dices, si laterem⁵ ex aqua harenae condepstum⁶ capiti adiciam?» Indus noster haud respondens abiit.

II. *Michael Brouart*, medicus quidam Franco-gallorum celeberrimus, sexagenarius⁷ interrogatus est, quonam modo vixisset, ut vultum tam iuvenalem et sanum haberet. «Nihil facilius — respondit medicus — ex mei praeceptis⁸ vixi, quarum nulla uti coactus sum.»

III. *Bernardus Shaw*, scriptor Hibernus,⁹ aliquando in theatro ludo¹⁰ primo¹⁰ cuiusdam fabulae¹¹ interfuit. Forte in suo spectaculo¹² alto¹² fuit auctor fabulae etiam tunc parum notus, quem Bernardi Shaw opinionis¹³ audiendae cupido incitavit, dum amplius se retinere nequivit, et scriptorem illustrissimum tacite sedentem interrogavit, quid ei de fabula placeat.¹³

«Foris horribilem tempestatem esse puto» — respondit ille negligenter.

«Cogitas-ne?»

«Ita, quoniam neminem theatro exire video.»

IV. *Duo iuvenes* domo in Americam profecti multis iam annis post Neo-Eboraci (vulgo: New York) forte conveniunt. Unus ex iis eleganter vestitus, alter autem miserrimis vestimentis indutus erat.

«Iam procul¹⁴ optime vivere et nihilo carere videris, amice — dixit unus dextram alteri tendens — in quo versaris?»

«Ah, amice, quaestus meus maxime fructuosus est. Mensas¹⁵ tabernales¹⁵ Bancae Nationalis Americanae conduxi¹⁶. Est dies, quo plus quam tria milia parium tomacinarum¹⁷ cum sinapi¹⁸ vel armoracia¹⁹ vendo. Possis tibi computare,²⁰ quam multas pecunias comparem tali modo.»

¹ vét vmi ellen = verstoßen = pécher contre ² datolya = Datteln = datte ³ élesztő = Ferment = levure ⁴ maroknyi = Handvoll = poignée ⁵ téglá = Ziegel = brique ⁶ összegyúr = zusammenkneten = pétrir ensemble ⁷ hatvan éves korában = sechzig Jahre alt = à l'âge de 60 ans ⁸ recept = Rezept = ordonnance ⁹ ír = Ire = Irlandais ¹⁰ bemutató = Uraufführung = première ¹¹ színdarab = Schauspiel = pièce ¹² páholy = Loge = loge de théâtre ¹³ vélemény = Meinung = opinion ¹⁴ messziről = von weitem = de loin ¹⁵ büffé = Büfett = buffet ¹⁶ kibérel = mieten = louer ¹⁷ virsli = Würstel = saucisse ¹⁸ mustár = Senft = moutarde ¹⁹ tormá = Meerrettich = raifort ²⁰ kiszámítani = ausrechnen = calculer

«Quibus auditis maxime me gaudere habeas²¹ tibi²¹, amice persuasum²¹. Sed si tantā abundantia²¹ uteris, certe mihi, amico male fortunato, aliquid pecuniae²² mutuae²² non recusabis.»
«Mehercule, tibi petenti non possum satisfacere. Nam cum functionariis²³ argentariis²³ foedus²³ illis tomacinas venditare, mihi autem pecunias mutuas dare non licet.»

Victor Kósa Budapestinensis.

²¹ légy meggyőződve = sei überzeugt = sois convaincu ²² kölcsön pénz = Anleihe = emprunt ²³ bank-hivatalnok = Bankbeamter = employé de banque

Iocosa.

1. In lavatorio.¹ Puer: «Pater meus annuntiare iubet vobis, si collaria² iterum tam squalida sibi remittantur, se ipsum ad vos venturum, ut totum lavatorium dissipet.» — «Et collare patris tui cuius numeri est?» — «Triginta sex.» — «Renuntia igitur illi: veniat!»

2. Medicus dentium: «Pro dente extrahendo 5 pengones sunt solvendi.» — Quinque pengones, ut arbitrator, labor unius momenti vere non aequat. — «Si vis, quaeso, possum tibi totā horā trahere istum.»

3. Aedificatio moderna. Inquilinus³ (cum omnibus suppellectilibus): «Hic sum. Domicilium meum occupare velim.» Domicurius⁴: «In quota contabulatione⁵ conduxisti domicilium?» — «In tertia.» — «Tunc, sodes, venias post meridiem. Contabulatio tertia nondum est aedificata.»

4. A. «Conductor currūs⁶ electrici⁶ per totum iter in me direxit oculos, quasi tesseram⁷ non haberem.» — B. «Et tu?» — A. «Ego in eum direxi oculos, quasi haberem.»

5. Fridericus Magnus interrogavit medicum suum: «Dic mihi sincere: quot homines liberasti vitā, medice!» — «Circiter trecentis milibus minus, quam tu, augustissime!» — respondit medicus.

6. «Potestisne imaginari,⁸ quis post me ascenderit currum electricum 59 in via circulari⁹ Leopoldina?» — «Quis?» — «Rembrandt, pictor famosus.» «Plane impossibile est.» — «Cur esset impossibile? Oculis meis ipsius vidi.» — «Et tamen errasti, quoniam currus electricus 59 non comeat in via circulari Leopoldina.»

7. Actores¹⁰ peregrinantes¹⁰ morantur in viculo quodam. Exscriptum erat ergo in eo loco, ubi fabulae¹¹ agebantur¹¹: «Canes in theatrum ferri vetantur.» Nonnul-

lis diebus post subscripsit quidam: «Societas ad animalia defendenda.»

8. Femina quaedam diligenter inspicit in taberna tibialia,¹² ut emat, quae optima esse videntur. — «Domina! — persuadet ei mercator — haec tibialia vere primae qualitatis sunt. Veni ad me, — dicit adiutori¹³ — et si possis, discindas haec tibialia!» — Adiutor nesciens, quid ei faciendum sit: — «Emere volumus — quaerit secrete a domino suo — an vendere?»

9. In bello Italico accidit, ut Napoleon et Itali, alter alteri, magnopere irascebantur. Napoleon irā incensus erat, quod Itali non aderant¹⁴ ei in bello gerendo, quamquam etiam ipse Italus erat, et

¹ mosóda = Waschanstalt = blanchisserie ² gallér = Kragen = faux-col ³ lakó = Mieter, Partei = locataire ⁴ házmester = Hausmeister = concierge ⁵ emelet = Stockwerk = étage ⁶ villanyos kocsi = die Elektrische (Straßenbahn) = tramway électrique ⁷ menetjegy = Fahrkarte = billet ⁸ elképzelní = sich vorstellen = s'imaginer ⁹ körút = Ringstraße = boulevard ¹⁰ vándor-színész = fahrender Schauspieler = comédiens ambulants ¹¹ színdarabot előadni = Schauspiel aufführen = représenter une pièce de théâtre ¹² harisnya = Strumpf = bas ¹³ segéd = Gehilfe = commis ¹⁴ segíteni = beistehen = assister



Pittacia Congressus Eucharistici Sanctos Hungaricos proponentia.

Itali quoque sollicitati¹⁶ sunt prorsus,¹⁶ quod Napoleo Bonaparte, Italus, contra Italos bellum gerebat. Napoleon nobilissimum virum Italarum ducemque resistendi ad se vocari iussit, qui cum intrasset, ei: — «Itali cuncti sunt latrones (vulgo: briganti)» acclamavit. — «Cuncti non, — respondit ille, — tantum bona pars.» Bonaparte dicacitate¹⁷ victus, risit, et illum impunitum dimisit.

10. Index: «Tu, dum baculum frangeret, verberasti hunc miserum!» — «Forte¹⁸ accidit, domine iudex, non voluntate. Crede mihi!» — Quomodo forte?» — «Vere nolui baculum frangere.»

11. «Elegantissimus es! Hereditatem accepistine?» — «Non. Aerarium¹⁹ parsimoniae¹⁹ intravi.» — «Euge²⁰ Et quomodo fecisti?» — «Nocte per fenestram.»

12. «Carissime medice, — sciscitatur mulier in convivio occasione medici sine mercede consulendi arripiens — qua re uti solebas, si pituitam²¹ habes?» «Quotidie sex sudariis²² utor» respondit medicus.

Ios. Guelfino, Budapestinensis.

¹⁶ magánkivül van = empört = exaspéré ¹⁷ végkép = ganz = totalemente ¹⁸ elmésség = (beißender) Witz = saillie spirituelle ¹⁹ véletlenül = durch Zufall = par hasard ²⁰ takarékpénztár = Sparkasse = caisse d'épargne ²¹ Bravo! ²² nátha = Schnupfen = rhume de cerveau ²³ zsebkendő = Taschentuch = mouchoir



LECTORIBUS MEDIIS

Cena apud Romanos — cena apud nos.

Me, fabulam pulchram de Philemone et Baucide legentem, maxime detinuit¹ pars, in qua Ovidius dapem deorum describit: arbitror ideo, quia tempus cenae iam appropinquabat. Subito somno mersa sum. Ecce in somnis mihi vir veste albā indutus, stilum manu tenens prope me stare visus est. Tempora² laureā coronata erant. Quem, manum humeri mihi imponentem, mirans interrogavi: «Quis es?» Indignatus respondit: «Non es digna, quae opera mea legas, cum auctorem non cognoveris. Ego sum Ovidius. Ducam te in villam Philemonis et Baucidis, ubi videas multa bona, de quibus legisti.» Antequam respondere potuissem, omnia tenebris³ obrui³ vidi et sonitum insolitum audivi. Quod tamen non diu duravit. Cum rursus lux facta est, iam loco peregrino me repperi. Ante oculos hortus apricus⁴ erat, casa parva et in horto anus et vir senex vestibibus antiquis induti. Vultus eorum dulces erant. «Salve cara hospes! Intra et gusta cenam nostram modestam!» Intravi casam puram. Mensa tripes erat, circum mensam lecti erant. Poeta et senex accubuerunt, ego autem

sedebam. Anus Baucis iam apportavit gustationem: caseum, ova, radicem,⁵ intiba,⁶ olivas. Ovum non valde amo, olivae et intiba non sunt digna, quae gustem — putavi. Ita factum est, ut radicem et caseum ederem, quod convivas maxima admiratione affectit. Postea vinum appositum est, quod non bibi. Mox tergus⁷ suis⁷ vere magnificum et holus⁸ in mensa posita sunt. Denique anus poma⁹ tulit, quae mihi optime sapierunt.¹⁰ Domini me hospitaliter hortati sunt, ut ederem. Sed poeta iam me monuit et antequam senes valere iubere potuissem, iam expectata iterum apud mensam in instituto sedebam. Inpatiens in culinam ii, ubi cena parabatur. Forte tum pullus¹² capsicatus¹² coctus est. Coqua cepas¹³ minutas in adipe¹⁴ ferventi torrebat, mox condivit¹⁵ capsico.¹⁵ Partes pulli consectas impositasque salsavit et aquā paucā, dum molles fierent, coquebat. Liquamen¹⁶ factura florem¹⁷ lactis¹⁷ infudit. Etiam offellas¹⁸ paravit et in catino cucumeres¹⁹ aceto¹⁹ maceratos¹⁹ posuit. Sorbitio²⁰ carnis²⁰ ferculum²¹ primum et mensa²² secunda²² pomum et coffeum erant. «Noli mihi irasci, care Ovidi, sed haec cena melius mihi sapit, quam cena dulcium senum. Etiam te sic arbitraturum fuisse credo, si cenam Hungaricam gustavisses.»

Alicia Timár discipula Elisabethae Budapestinensis.

¹ lebilincsel = fesseln = captiver ² halánték = Schläfe = tempe ³ sötétségbe borul = sich verfinstern = s'assombrir ⁴ napsütötte = sonnig = ensoleillé ⁵ rettek = Rettich = radis ⁶ endivia (saláta) = Endivie = endive ⁷ sertéslapocka = Schweinsrücken = épaule de porc ⁸ kelkáposzta = Kohlkraut = chou-vert ⁹ gyümölcs = Obst = fruit ¹⁰ ízlik = schmecken = plaire ¹¹ felébred = erwachen = se réveiller ¹² paprikás csirke = Paprikahuhn = fricassée de poulet au piment ¹³ hagyma = Zwiebel = oignon ¹⁴ zsír = Schmalz = graisse ¹⁵ megpaprikázni = mit Paprika würzen = épicer de piment ¹⁶ mártás = Brühe = sauce ¹⁷ tejföl = Rahm, Sahne = crème ¹⁸ galuska = Nockerl = gnocchi ¹⁹ savanyú uborka = sauer Gurken = cornichon au vinaigre ²⁰ húsleves = Fleischsuppe = bouillon ²¹ fogás, étel = Gericht = mets ²² utóétel = Nachtsch = dessert



In Hispania nationalistis milites rubri a Russis novissime iterum adiuti tam vehementer resistunt, ut Itali milites voluntarios nondum reducere velint, quare foedus¹ et amicitia¹ inter Italos Francogallosque, quorum per fines auxilium Russorum Hispanis rubris transvehitur, nondum institui¹ potuit.

In Asia Sinenses et Iaponenses vario Marte² pugnare dicuntur. Sinenses multo plures sunt ¹ barátsági szerződést kötni = einen Freundschaftsbund schließen = contracter une alliance d'amis ² hátszerencse = Kriegsglück = fortune de la guerre

Russisque adiutoribus utuntur, at Iaponenses fortiores exercitatioresque esse videntur.

In Mexico Cardenas praeses communistis adhortantibus fontes petrolearios omniaque bona consortiis Americanorum et Britannorum extorsit.³ Pars Mexicanorum duce magnario⁴ petroleario⁴ Cedillo contra praesidem arma ceperunt, sed rebelles victi esse nuntiantur.

In Russia tyrannus supremus Stalin iam eo amentiae pervenit, ut non solum de sacerdotibus, sed etiam de primoribus in dies supplicium⁵ sumere⁵ vellet. Maxime eum sollicitat missor⁶ radiophonicus occultus et inexplorabilis,⁷ qui fere quotidie ei finem vitae horribilem minatur.

Cecoslovaciae praesidem iam etiam Britanni et Francogalli adhortantur, ut nationibus minoribus — Germanis Sudetanis Polonis Hungaris Slovaciis — autonomia desiderata detur. Etiam viri delecti Slovacom Americanorum in Poloniam advenierunt secum ferentes tabulas foederis⁸ Pittsburghiensis, qua Slovaciis autonomia ante Cechoslovaciam conditam promissa erat.

Calamitates. Post nuptias regis Albaniae Zogu, qui Geraldinam et comitibus⁹ Hungaricis Apponyi in matrimonium duxerat, aeroplanum ex urbe Tirana Romam Italos referens in nebulosa regione Formiana ad montem allisus¹⁰ decidit: homines 19 omnes perierunt. — In Britannia displosione¹¹ evaporationis¹¹ fodinarum¹¹ Markhamianarum facta 80 fossores mortui sunt.

Hector Romagnoli poeta, sodalis Academiae Italicae, qui auctores Graecos in linguam Italicam convertendo tragoediasque in scenam apparando nomen suum notum reddiderat, 67 annos natus mortem obiit.

Douglas Hyde doctor¹² 78 annos natus nuper Hiberniae¹² praeses creatus est. Novus praeses peritissimus historiae litterariae existimator¹² in patria sua est.

Expositio rei paedagogicae n urbe Alba Regia a Brunone Balassa rectore superiore regio instituta tantam admirationem spectatorum movit, ut proxime copiosius de rebus expositis referendum esse putaremus. Alia huius generis expositio maxime abundans imaginibus disciplinarum scholasticarum uxori Ferdinandi Balassa magistrae laudi erat, quae in imaginibus eligendis iam saepe moderatorem «Juventutis» adjuvit.

³ kisajátít = enteignen = exproprier ⁴ olajmágnás = Öl-general = général de pétrole ⁵ kivégezni = hinrichten = supplicier ⁶ leadó = Sender = émetteur ⁷ meg nem található = unauffindbar = introuvable ⁸ szerződés = Vertrag = traité ⁹ grófnő = Gräfin = comtesse ¹⁰ beleütközik = anprallen = se heurter ¹¹ bányaléggrobbanás = schlagende Wetter = (feu) grisou ¹² Eire: Irország, Irland, l'Irland ¹³ ismerő = Kenner = connaisseur

Josef Kalus (1855—1935.) In scelere tacere dedecet.

Non tacuisse licet, facinus quandoque paratur, sed prohibere decet voce minace nefas. Obtrivisse caput serpentis felle tumentis vel minimum tempus num dubitare queas?

Fr. Palata Trebicensis.



RES FEMINEAE.

Quomodo puellae Germanicae colinae fiant.

(2)

Scripsit Elfrida Wedel Berolinensis, convertit Elisabetha Nagy dr. Budapestinensis.

Ad pistrinam¹ euntes a silva sonitum automobilis audimus. Nam puellae etiam automobile regere discunt, unaquaeque semihorā automobili vehitur, tunc puella alia sequitur. Sed iam in pistrina sumus. Una ex puellis massam² farinae² subigit², panes hodie etiam coquendi sunt. Quaedam alia praecepto³ crustulorum⁴ ex foculis⁴ avenaceis⁴ faciendorum operam⁵ dat.⁵ Pistor hilaris et pinguis se iterum in colonias venturum esse sperare dicit.



Discipulae Scholae Colonialis.

In officina⁶ lignaria⁶ diligenter laborant puellae. «Tirones» manubrium⁷ scoparum⁷, peritiores tabulas⁸ pernae⁸ (secundae destinatas), «veteres» cunas⁹ pulcherrimas fabricant. Puellae sollertes sunt ita, ut hanc scholam relinquentes tabulas¹⁰

¹ pékműhely = Bäckerei = boulangerie ² tésztát gyúr = Teig kneten = pétrir la pâte ³ recept = Rezept, Kochvorschrift = recette (de cuisine) ⁴ zabpehelycsókcska = Haferflockenplätzchen = pâtisserie plate aux flocons d'avoine ⁵ tanulmányoz = studieren = s'appliquer ⁶ asztalosműhely = Tischlerwerkstatt = atelier de menuiserie ⁷ seprőnyél = Besenstiel = manche à balai ⁸ sonkadeszka = Schinkenbrett = planche à couper le jambon ⁹ bölcső = Wiege = berceau ¹⁰ (ruha) ujjavasalódeszka = Ärmelplättbrett = planche à repasser les manches



Lectrices nostrae Aegopolitanae.

manicis¹⁰ levigandis¹⁰ aptas¹⁰, pectines¹¹ fenarios¹¹ magnos, catinos¹² ligneos fabricare possint. Exercitationes¹³ etiam solida batilla¹⁴ ex ferro¹⁴ fuso¹⁴ conficere possunt. In taberna¹⁵ vitrearia¹⁵ discipulae vitreas¹⁷ quadraturas¹⁷ maltha¹⁸ marginibus areae¹⁹ stercore¹⁹ satiatas¹⁹ et specularium²⁰, quae malis²⁰ paradisiacis²⁰ munimento²⁰ sunt, inserunt¹⁸. Puellae etiam vitreas quadraturas ipsae secant. In officina²¹ culcitralia²¹ puellae ipsae tomenta²² algā²² conferta²² suunt, quin²³ etiam²³ lecticulum²⁴ lucubratoriam²⁴ una ex puellis fabricabat. Hieme etiam sutrina²⁵ intermissa²⁶ recolitur²⁶.

Vespere cum cibus vespertinus apponitur, unā cum puellis laetis apud mensam magnam sedeo. Hic edunt etiam magistrae, tam intimā amicitia cum puellis coniunctae, ut circum mensam tum tibi requirendae sint. Exadversum²⁷ me²⁷ sedet filia coloni Guatemalana et altera coloni Africana Orientalis. «Hera²⁸» mea Windhukii²⁹ Chilena est. Nam multae puellae ex coloniis huc veniunt, ut labores varios discentes naturam suam Germanicam firment aut omnino recte cognoscant.

Omnia in mensa ab ipsis puellis facta sunt: panis, butyrum, farcimen³⁰, caseus. Quam superbae sunt puellae primi spatii³¹ semestris³¹ hic sedentes, quod suum, nomine Egon, ex cuius carne factum farcimen nunc edimus, ipsae iugulaverunt! Septimanā³² proximā vaccam Amandam³² caedent, quamquam dolentes, sed puellae quomodo animalia consecanda sint, discere debent, ne, si quando maritus in Africa post venationem domum redierit, praedam laboriose stratam³³ femina conficere nesciat.

Post cibum vespertinum, equitare discunt, ad quod die tempus non relinquitur. Post meridiem diebus Saturni glandem³⁴ (e sclopeto)³⁴ mittere³⁴ discunt.

Vespere horā fere nonā iam silentium est in domo et horā decimā lumina lampadum iam extinguuntur. «Screre velim, quando puellae ad scholas theoreticas discant, quales sunt doctrina contemplationis rerum naturae et linguae indigenarum sicuti Kisnaheli et Otjiherero — dixit mihi una ex magistrabus — sed tempus tamen habere videntur, quia semper bene respondent.» At puellae vere electae, intelligentes, sanae, optimaque sunt, quibus hanc scholam frequentare datur. In schola numquam plures, quam 56 puellae 18—25 annorum

sunt, pleraeque abiturientes³⁵, aliae etiam testimonium maturitatis habent. Spatium erudiendi annus est et adulescentulae herae coloniales spem³⁶ collocandi³⁶ optimam habent. Quaecumque puellarum etiam post annum hic peractum vitam coloniarum laboriosam et duram non abhorrent, fore, ut brevi in Africam, Americam, quin etiam in Australiam mittantur, sperare possunt. Omnibus locis, ubi possessores praediorum³⁷ locorumque³⁷ consitorum³⁷ Germanici laborant, maximo usui esse possunt hae puellae, quae tempore erudiendi pulchro in oppido Rendsburg didicerunt in coloniis manus laboribus aptas et oculos apertos saepe pluris esse, quam omnes scientias theoreticas atque animus³⁸ sui³⁸ iuris³⁸ aliosque benigne iuvare paratum etiam feminae tertii Imperii maximo decori esse.

¹¹ szénagereblye = Heurechen = râteau à foin ¹² tányér = Teller = assiette ¹³ ügyes = geschickt = adroit ¹⁴ öntöttvaslapát = gußeiserne Schaufel = pelle en fonte ¹⁵ üvegesbolt = Glaserei = atelier de vitrerie ¹⁶ üvegtábla = Glasscheibe = feuille de verre ¹⁷ bekittelni = kitten in = mastiquer ¹⁸ melegágy = Frühbeet, Mistbeet = serre chaude ¹⁹ paradicsomház = Tomatenhaus = serre à tomates ²⁰ párnáműhely = Polsterwerkstatt = matelasserie ²¹ tengerifűmátrac = Seegrasmátracze = matelas de varech ²² söt = sogar = même ²³ chaiselongue = cipész-műhely = Schusterwerkstatt = cordonnerie ²⁴ újraüzembe helyez = wieder in Betrieb setzen = remettre en activité ²⁵ velem szemben = mir gegenüber = en face de moi ²⁶ háziasszony = Hausfrau = ménagère ²⁷ in Parvo Latibulo ²⁸ kolbász = Wurst = saucisse ²⁹ félév = Semester = semestre ³⁰ hét = Woche = semaine ³¹ elejt = erlegen = abattre ³² löni = schießen = tirer ³³ érettségi előtti álló = Reifeprüfung = préparation leur bachot ³⁴ ki-látás az elhelyezkedésre = Berufsaussicht = espoir d'obtenir de bonnes places ³⁵ farm és ültetvény = Farm und Plantage = ferme et plantation ³⁶ belső önállóság = innere Selbständigkeit = indépendance de caractère

Lectores ad lectores.

Candissimi Lectores!

In hac photographia videri possunt membra circuli¹ ipsarum¹ se¹ erudentium¹ Beatae Margarithae, quae sectionem Latinam habent in thygatrogymnasio² Aegopolitano³ Virginum Anglicarum. Quae sectio Latina bis singulis mensibus Iuventutis legendae atque convertendae causā convenit, necnon poesi liturgicae ediscendae operam dabat. Mense Aprili sollemnes ludos scenicos produximus: Ovidii de Philemon et Baucide poema ad actum⁴ scenarum⁴ compositum⁴ a discipulabus classis sextae optimo cum successu actum est.⁵ Horatii et Maecenatis partes⁶ autem abiturientibus classis octavae commissae sunt. Classis septima fabulae partes egit, cui «Coronae vitae» inscribitur cuiusque argumentum ex Iuventute haustum est. Om-

¹ Önképzőkör = Selbstbildungsverein = cercle de perfectionnement intellectuel ² gymn. puellarum ³ Keskemétiensi ⁴ színre alkalmazása = Bühnenbearbeitung = arrangement pour la scène ⁵ előad = aufführen = représenter ⁶ szerep = Rolle = rôle

nes Iuventutis Lectores oramus atque obsecramur, ut Linguam Latinam ament eamque summa cum diligentia colant, eosdemque centies milliesque salvere⁷ iubentes⁷ manemus in fideli amicitia: Membra sectionis Latinae thygatrogymnasii Virginum Anglicarum Aegopolitani.

Ordo rerum scenicarum.

1. Salutatio. Helena Pap. VII. cl. disc.
2. Horatii⁸ Integer vitae...
3. Ovidii: Philemon et Baucis.
Partes aguntur a discipulabus VI. cl.
Juppiter: Clara Deák.
Atlantiades: Elisabeth Jemelka.
Philemon: Elisabeth Makkár.
Baucis: Gabriella Bokor.
Ovidius poeta: Clara Dankulínecz.

4. Horatii⁸ Nunc est bibendum...
5. Horatius et Maecenas.
Partes aguntur a discipulabus VIII. cl.
Horatius: Catharina Szalóki.
Maecenas: Susanna Czapári.
Dellius: Rosalia Lángi.
Leconoe: Irma Csernai.
Postumus: Irene Mészáros.

6. Gabriel Darázs:
Laus sacrae regni Hungariae coronae.
Recitatur a Gabriella Ronkay.
7. Horatii⁸ Non ebur nec aureum...
8. Corona vitae.
Partes aguntur a discipulabus VII. cl.
Marcus: Maria Balla.
Rubina: Jolanta Marsovszky.
Vitellius: Gabriella Ronkay.
Maria Magdalena: Eva Jobbágy.
Martha: Manuela Kogutovicz.
Claudia: Marianna Kovács.
Sanctus Petrus: Helena Sándor.
9. Hymnus Eucharisticus.

⁷ üdvözlettel = mit ...Grüßen = avec salutations
⁸ Cantus Horatiani 34 inveniuntur in anthologia musica, quae inscribitur: «Carmina Horatii selecta ad modos aptata.» Pretium lectoribus nostris minutum in Hungaria pengoe 1,20, extra Hungariam pengoe 1,50; anthologia facillime hoc pretio ad moderatorem transmittendo emitur.

Caesarem a Cicerone hospitalliter exceptum esse. (10)

Ad fabulam Th. Birtii latine libere tradidit Aemilius Láng O. Praem. Keszthelyensis.

Diem suaviter actum tranquilla et serena excepti¹ nox. Luna niveo lumine spargebat terras. Radiantia micabant innumerabilia sidera. Cicero pulvinos plumeos affert iussit et cum Caesare in iis sedibus, quae erant sub platano, consedit. Flores

aëra odorabant, aquae salientes leni murmure strepabant, papiliones² luminibus accensis advolitabant et e longinquo cantus citharae audiebatur. Cicero capite temulenter³ reclinato hilare interrogavit Caesarem: «Quid putas, sintne sidera coelo inhaerentia dei? sintne illa animalia ratione et libero arbitrio praedita? Mihi sidera spirare videntur spiritumque eorum esse Favonium arbitror»

— Utantur libero arbitrio, — respondit Caesar, — an sint massa terrae, minoris est momenti⁴ Sed certis legibus ea regi haud inscius sum. Ordo mundi est regimen singularis imperii, ubi summa necessitas atque unica voluntas agit, regit habetque cuncta.

— Gratia dis, quod nos non sumus sidera, — dixit accedens Brutus, qui verba Caesaris exaudivit. Mamurra Ventidiusque cum ceteris in gramine molli prostrati se vino beabant.⁵ Pocula infusa inter sales exhausta sunt, et servi curabant, ne cyathi cessarent. Mox unus et alter madefactus⁶ vinum effusum in lucernas dependentes dirigebat cunctique paene risu rumpebantur, cum flamma vino extincta erat. Interim tota familia concurrebat: cellarius, coquus, culinarii, aurigae, agasones,⁷ mediastinus,⁸ villicus cum uxore, quin et tota vicinitas et nonnulli legionarii, qui omnes Caesarem videre eique congratulari voluerunt. Clara voce clamabant: «Ave dive Caesar, macte virtute esto, qui totum orbem Terrarum deviceris! feliciter tibi patri patriae!»

«Ecce vulgus stolidum⁹ et mobile,» — dixit Caesar simulque propius accedens inclinatione corporis et dextram frequenter mutando pro gratulatione gratias egit. Exinde centuplicatus est clamor gratulantium, quo resonaret aether. Mamurra Modestam ex turba hominum conquistam sedile conscendere iussit, suam lacernam holoseri-


¹ vmi után következik = folgen = suivre ² éjjeli lepke = Nachtfalter = papillon de nuit ³ szinte mámorosan = wie im Rausche = comme en ivresse ⁴ kis-jelentőségű = ist von geringer Bedeutung = cela n'a pas beaucoup d'importance ⁵ kedvére mulat = sich gütlich tun = s'amuser, s'en donner à cœur joie ⁶ részeg = betrunken = ivre ⁷ lovász = Reitknecht = palefrenier ⁸ mindenes = Hausknecht = homme de peine ⁹ együgyű = blöd = sot



Discipulae partes ludorum scenicarum agentes.

cam¹⁰ colore viridi in ianthinum¹¹ inclinato ei iniecit et laurea fronde ei in manum data declamabat: «Ecce Victoria, Victoria involucris!»¹² Accede propius, Juli Caesar, ut a dea lauro coroneris.»

Et Caesar accessit. Modesta toto corpore contremuit, perinde ac si tigris immanis ex fruteto¹³ prosiluisset, qui palmandus¹⁴ esset. Vires ei deficere videbantur; tremulis genibus titubabat. Timidā veneratione frondem incurvatam circumdedit lato



Hortus Ciceronis.

fronti calvoque capiti Caesaris. In templo figuram Dei lauro cinxisse visa est. Sed deus spirabat, quin et amplexam Modestam sublimem sustulit, ut vulgus videret eam et dein diligenter humi demissam osculatus est. Caesar audivit discedentes clamare: «Felicissime Dio, cuius uxori deus osculum dedit!»

Caesar praetorium¹⁵ intravit, Caesar laureatus: pavo insigni regio vestitus! Contentus esse potuit is, quae consecutus est. Conscius enim sibi erat Ciceronem, quem sibi conciliasset, Romae animos hominum ab illo non aversurum esse. Brutus autem, somniator ille notissimus, minime erat timendus. Nihil igitur obstat, quominus in proelium iret contra Catonem filiosque Pompeii. Caesar pecuniam plenis manibus in servos largiebatur simulque iussit equos iungi. Tota domus aderat exceptā Terentiā, quam Cicero ore incerto excusabat. Cum Mamurra, Ventidius cunctique praefecti admotos equos conscendissent eisque admissis e conspectu abiissent, Cicero liberius respiravit. Servi cum taedis incensis in via ordine stabant. Reda ante domum sustinebatur, equi ungulis terram supplodebant et Caesar iam in redam inscendebat, cum auriga eum admonuit: «Noli, domine, redā uti!»

— Quidni?

— Reda haec effascinata est. Exaudivimus ululatum execrabilem. Comae mihi steterunt. Tugurium, ubi reda locata erat, visu foedum est

et horrendum. Cum equos ad redam iunxi, usque sensi odorem fetidum. Reda frangetur, domine!

— Ebriusne es, stupidum caput?

Caesar omnem superstitionem contempsit. Reda recens ex officina, erat firma et integra. Quae cum inspiceretur, tabula plumbea reperta est, quam verum Caesar abrumpi vetuit. Nox erat serena et tranquilla. Caesar itaque invitabat Ciceronem, ut aliquantum itineris unā facerent. Quibus avectis

luminibusque extinctis villa a hospitibus vacua tacitis involuta est tenebris.

Cicero hora post claudicans domum rediit. Reda re verā fracta est. Non quidem ex fascinatione, sed quia redarius¹⁶ ebrius fuit; equi trunco arboris consternati redam in lapidem impeerunt, ut rotā axeque diffractis capsus¹⁷ eversus fuerit. Caesar inviolatus desiluit ex-reda et equo vectus iter perrexit, sed Cicero minus agilis tam misere in genua incidit, ut duo servi Caesaris eum domum ducerent. Orbes¹⁸ genuum¹⁹ contusi vehementer dolebant.

Cicero anno vix exacto filiam, Tulliam perdidit et uxorem Terentiam repudiavit.²⁰ Quattuor annis post tres viri illi celeberrimi, qui in villa Ciceronis vespere illo memorabili amicitias inter se contraxerant, coactā morte deleti sunt. Casear a coniuratis viginti tribus plagis confossus decessit, Ciceroni proscripio caput abscisum est et Brutus, percussor Caesaris, gladio suo incubuit. Dio cum Modesta diu

¹⁰ tiszta selyem = ganz seiden = pure soie ¹¹ ibolyaszín = das Violett = violet ¹² szárnyatlan = flügellos = sans ailes ¹³ cserjés = Gesträuch = brousse ¹⁴ simogat = streicheln = caresser ¹⁵ domum domini ¹⁶ kocsis = Kutscher = cocher ¹⁷ koczikas = Wagenkasten = châssis ¹⁸ térdkalács = Kniescheibe = rotule du genou ¹⁹ elválni = sich scheiden = divorcer

vitam beatissimam vixit. Quibus manumissis Cicero aliquantum agri vinetumque dono dedit. Simples et sinceri illi homines in circulo liberorum gratā memoriā persecuti sunt dominum, qui non tantum auctor fuit omnium virtutum, sed etiam verbo et re ad salutem reipublicae contendit.

Finis.

De Nicolao Stenonio (Niels Sten-sen 1638—1687).

Mihi, breviter dicturo de Stenonio episcopo, anatomicae atque rerum naturae indagatore,¹ consideratio quaedam occurrit, quā inducor, ut adfirmem *Italiam* homines, in orbis parte aquiloni² subiecta³ natos, fascinatione quadam ad se vehementer allicere solere. Nicolaus Stenonius Codaniae, in urbe Chersonesi Cimbricae* capite, anno MDCXXXVIII natus, postquam Germaniam, Galliam, Pannoniam, *Italiam*, nescio quo fato motus, peragraverat, Hannoveram atque postremo Suerinum, in vitae portum et perfugium, quod nullibi³ quiescere posset, venit, in eaque urbe, dum XLVIII aetatis annum agit, diem obiit supremum.

Alberti Vedrani, locupletis medicorum vitarum investigationumque auctoris, sententiae accedere iuvat, qui Stenonium duabus praeditum fuisse animabus iudicavit, quod et vir perfecte planeque eruditus et fervidus rerum divinarum contemplator fuisset; at altera anima alteram, volvendis annis dilapsam, excepit. Neque Vedranus deceptus est. Nam prius Stenonius Lutherianae doctrinae sectator fuit, posterius vero, cum Parisiis commoraretur, quinque post annos integros, *Florentiae*, alteram in mentem an. MDCLXVII, ita adductus est, ut Catholicae fidei studiosissimus factus sit, et non modo Christi sacra⁴ procuraverit,⁴ sed etiam Catholicus episcopus sit creatus.


Ab Aldeso «anatomicorum coryphaeus»⁵ declaratus est; quod is, Galilaeianam viam atque rationem secutus, divina, quae appellantur, entomata⁶ quam qui maxime perscrutatus est. Ex Stenoni inventis parotidis⁷ cuniculum v. ductum⁷ numquis ignorat? Primus de ovologia notitias tradidit. Qua ratione lacertorum, cordis cerebrique enodarentur vices, ratiocinatus est. Cum vero utramque linguam atque ceteras Europae linguas calleret, professus est et in scholis et in pergulis in anatomicis theatris. At ex eorum, qui ad Christianam religionem transierunt, more consuetudineque aeterna summaque Christianarum rerum praecepta, divino quodam ardore motus, dum in pulpito⁸ stat, interpretando explanavit.

Quoniam Stenoni sepulcrum *Florentiae*, in Laurentiano templo exstat, ibi tantus vir, dum CCC annus ab eo nato impletur, commemoratus est. Etenim pater purpuratus idemque *Florentinorum* Archiepiscopus Aelias Costiensis, Vir summa in Deum pietate, doctrina, humanitateque admirandus, Palatio Hubertum Wilseldum, Danum legatum atque Iohannem Ioergensenum, virum clarissimum, liberaliter excepit. Praeterea sub vespere Wilseldus, coram Rossellio, viro colendissimo, coronam, ab Codaniensibus⁹ Universitatis professoribus atque geologis missam, in Stenoni sepulcro collocavit. Ioergensenus vero alteram quo-

que coronam, Danorum verbis, eodem in tumultu collocandam humanissime curavit.

Prof. Iohannes Baptista Bellissima — Pisa.

¹ kutató = Forscher = chercheur ² északi = nördlich = septentrional* vulgo: Daniae ³ sehöl = nirgends = nulle part ⁴ sacerdos fuerit ⁵ dux ⁶ arthropoda: izelt-lábúak = Gliedertiere = arthropode ⁷ fültömírigy vezetéke



= Ausführungsgang der Ohrspeicheldrüse = canal de la parotide ⁸ szószék = Kanzel = chaire ⁹ kopenhágai = von Kopenhagen = de Copenhague

Matutinum tempus veris.

Luctuosā nocte soluta roseae
Aurorae lux lentē rubescit prima,
Atque ardet, flammata viridis montis iam
Candida cuspis...

Luna currit purpureo de caelo
Inter colles caeruleos et molem
Celse lumen assiduū nunc tollit:
Vita movetur...

Sol, qui es fons pulchri bonique semper,
Ex te virtutes oriuntur dulces,
Immo etiam, ut hostem, fugit omne probrum,
Te ecce, saluto!...

Mane advenit... Carmine laeto gaudens
Incolae experrecti volucres prati...
Tellures splendore lavantur auri, et
Veris odor nat...

Petrus Sárközy disc. gymn. archiepisc.



Homines medii aevi certamine¹ equitum¹ hastis¹ concurrentium¹ delectabantur. Americani nuper novissimum huius generis hastiludium² invenisse nuntiantur. In aquis³ marinis³ Californiae, nomine Avalone, hoc hastiludium imagine nostrā illustratum non cruentum neque periculosum erat, nam partim spiculum⁴ hastae integumento⁵ scorteo⁶ hebetatum⁸ erat, partim certatores non equo, sed ratibus parvulis vehebantur, quae lintribus motoris remulco⁷ velocissime tractae effecerunt, ut prior ab adversario hastā percussus sine vulnere in



aquam caderet. Victor more medii aevi genibus⁹ nixus⁹ a pulcherrima ludorum gymnycorum domina osculum et praemium virtutis accepit.

¹ lovagi torna = Reiterturnier = tournoi ² lándzsátörés = Lanzenstechen = joute ³ tengeri fűrdő = Seebad = bain de mer ⁴ hegy = Spitze = pointe ⁵ bőrkötés = Lederband = reliure en cuir ⁶ tompává tesz = stumpf machen = émousser ⁷ vontatókötél = Schlepptau = remorque ⁸ térdénállva = knieend = à genoux

LECTORIBUS MAIORIBUS.

Vivum Latinum.

De usu linguae Latinae in republica litteraria promovendo agebatur in consessu V-i Congressus Instituti Studiorum Romanorum (Istituto di Studi Romani), qui die 24-o mensis Martii a. c. in Capitolio inauguratus est. In sessione, ubi rex et imperator Victor Emmanuel III. quoque aderat, praeses Instituti Galassi Paluzzi multa et praeclara de decem annis prospere exactis rettulit. Pro legato Regiminis Italiae minister Educationis Nationalis Iosephus Bottai verba fecit. Successus Instituti laudibus extollens consiliaque eius aestimans id quoque commemo-

rav¹it, quod rationem habens linguae Latinae Institutum sibi proposuerat. — Anno 1934-o articulus quidam ephemeridis «Popolo d'Italia» Italos admonuit conscios «diversalitem Romae, non esse negligendam». Institutum admonitionis recordans Novum Dictionarium Scholasticum et Lexicon terminologiam scientiarum Scholarum continens componere decrevit. Statuit eodem tempore concertationes in prosa Latina instituere condereque Officium ad textus in sermonem Latinum convertendos, necnon Centrum Informationum Internationale, cui hoc propositum esset, ut adjuvaret Instituta Gentium Exterarum, quae linguae Latinae in republica litteraria propagandae operam navarent. — Certo speramus fore, ut proposita Instituti Studiorum Romanorum eventu comprobentur linguaque Latina partes, quae ei debeantur, in republica litteraria agat.

Iulius Kováts dr. Budapestinensis.

Oratio salutoria latina, quam moderator Juventutis in conventu societatis nostrae generali VIII die mensis Maii habuit, hic legitur:

Excellentissime Domine Episcopo! Reverendissimi Patres! Carissimi Collegae utriusque sexus! Negligens discipulus a professore suo examinandi causa accessit, si timidus est, statim sincere confitetur: «Non sum paratus», sin fortis et audax est, fortunam experiri conatur. Nunc etiam ego confiteri debeo me non esse paratum ad orationem latinam. Collegis autem undique iubentibus venit mihi in mentem proverbii: «Portes fortuna adjuvat.» Et id eo magis, quod circumspiciens video vultus auditorum benevole me adhortantes, quasi dicerent: «Noli timere! Nam quis alius latine dicat, si ne moderator quidem Juventutis audeat uti lingua latina!» Nolo sequi Horatium, qui dicit in Arte Poetica: «Brevis esse laboro, obscurus fio.» Ego equidem obscuritatem vitans breviter et simpliciter dicam, quae dicenda esse puto sub finem huius diei festi post tot orationes facundissimas in urbe antiqua Alba Regia, quae plena est monumentis et historiae Hungariae et fidei Christianae. Si tabula memorialis cuidam muro applicatur, aut monumentum vel statua ponitur, inscriptio plerumque non lingua vernacula, sed latina lingua componitur, quae non illi soli nationi, sed sub specie aeternitatis urbi et orbi famam loci et gloriam praeclarorum virorum nuntiat. Nos quoque monumentum huius diei, quem oblitio nunquam obscurabit, in cordibus nostris erigere volumus: monumentum clementiae et benignitatis Suae Excellentiae, domini Ludovici Shvoy episcopi, qui tot negotiis occupatus tamen conventum nostrum adire dignatus est, et monumentum hospitalitatis humanitatisque Ordinis Reverendissimi Cisterciensis. Quin etiam tabula memorialis huius diei locabitur, non marmorea, neque aenea, sed chartacea in paginis Juventutis, quae in regnis trium continentium: Europae et Asiae et Americae legitur. Amicitia autem et reverentia mutua, quae professores ecclesiasticos civilesque conjungunt, vivant, crescant, floreat ad maiorem Dei gloriam atque ad salutem patriae nostrae mutilatae! Ad multos annos!

De vita et morte linguae latinae medii aevi nuper in Societate Philologorum Budapestinensi disserens professor universitatis Monacensis doctissimus Paulus Lehmann dr. auditores omnes magnopere delectavit. Quamquam Rudolphus Habsburgiensis in comitiis imperii latinitate neglecta linguam germanicam adhibendam esse curavit, tamen non solum in comitiis imperii omnes lingua latina utebantur, sed etiam tabulae pactionum internationalium latine componebantur, sic etiam tabulae foederis pacis Guestfaliensis (a. 1648). Luther affirmavit

linguam latinam omnibus prodesse, praecipue autem militibus et mercatoribus, qui aliis cum nationibus colloqui aut agere vellent. Anno 1707 cives Vratislavienses (vulgo: Breslau) querebantur, quod iuventus non satis mature linguam latinam doceretur, cuius usus et mercatoribus et opificibus tam utilis esset. Saeculo XVIII linguae modernae paulatim repellunt latinitatem, quae tamen novissime multis in regnis reviviscit, sic in ipsa sede Lehmanni professoris, in urbe Monaco «Societas Latina» prospere certat de usu linguae latinae renovando.

Usus linguae latinae in Congressu Eucharistico.

Ecclesiam Catholicam fautricem almamque matrem latinitatis esse inter omnes constat. Quae cum ita sint, quis miretur hisce diebus usum linguae latinae Budapestini haud rarum fuisse. Legatus Summi Pontificis Pii XI, Cardinalis Pacelli a magistro civium Carolo Szendy et Iustiniano Card. Serédi principe primate latine salutatus non solum utrique latine respondit, sed etiam alias saepius latinitate facundissima auditores delectavit. At Card. Serédi primas noster dilectissimus quoque fere quotidie demonstravit se non solum Hungarorum Catholicorum, sed etiam latine loquentium principem esse. In numero eorum, qui orationes latinas habuerunt, erant Thomas Heylen episcopus Namurcensis (Belgica), praeses Congressuum Eucharisticorum Internationalium perpetuus, Michael Bubnič dr. episcopus Rozsnyonensis (Cecoslovia), Julius Glattfelder dr. episcopus Csanádiensis, Béla Kenéz dr. rector Magnificus universitatis Pazmanyanae, et ceteri, quorum orationes cunctas edituro fasciculus separatus opus est. Quare hic duo tantum exempla latinitatis breviora publici iuris facimus.

I. Invitatio latina. Societas Artium Figuratarum publica. Budapestinum, Forum Heroum, Porticus artium.

INVITATIO

AD EXPOSITIONEM SANCTI STEPHANI

in porticu artium in Foro Heroum sita die 24. mensis Maii a. 1938. meridie (hora 12),

AB DOMINA SERENISSIMA UXORE

NICOLAI VITÉZ HORTHY DE NAGYBÁNYA

sollemniter aperiendam.

Julius Glattfelder dr. episcopus Csanádiensis, consiliarius regius Hung. intimus, praeses

Josephus archidux regius. marschallus, patronus

Haec invitatio die aperiendi tantum ad personam invitatum pertinet, quam intrans custodi tradere debet. Vestis forensis (vulgo: jacket) et pileus cylindricus praescribuntur.

Porta hora 11½ aperiatur.

II. Romam salutamus.*

Natio nostra in Christo vivens veneratione atque humilitate cordis salutatur Legatum Romae Eminentissimum in Odeo artis musicae Hungariae. Devotio cantus, quae in fabula musica vatis nostri magni ingenii, Francisci Liszt veram Christi doctrinam sequenti hoc vespere sollemni professione fidei coram Eminentia Vestra sonat, in corde primi regis nostri, S. Stephani benedicto concepta est. Quae devotio Christiana iam novem per saecula inter dura et atrocia discrimina in spatio Danubii Tibisque puro vivit sonitu in animis populi nostri. Parvi ac magni non ignorant, nunquam obliti sumus nos a planitie Orientis longinqua barbaraque venientes in mentibus Occidentis cogitationibusque fecundis radices capere non nisi aqua baptismatis Christi conspersos potuisse. Memores gratique nuntiamus urbi et orbi a sacerdotibus Romae mitibus et placatis veritatem Christi docentibus viam nobis monstratam vitamque nationi nostrae datam esse. Animum regis nostri apostolici complevit lux Christi, quae etiam hodie lumen et calor et sol salutis auctor nobis est. Summa cum reverentia precamur Legatum Romae



Just. Card. Serédi salutatur Cardinalem Pacelli, ab laeva stat Horthy gubernator, ab dextera Imrédy primus ministrorum.

Eminentissimum, ut in vocibus fabulae musicae sonantibus exaudiat palpitationem devotam cordis nostri Christo primoque regi nostro magno fideliter dediti.

* Facies programmatiss fabulae musicae «Christus» (28-o Maii).

Librorum recensio.

Péterffy Jenő Magyar irodalmi bírálatai. Magyar irodalmi ritkaságok. Szerkeszti: Vajthó László. Budapest, 1938. Ára 2 P.

In serie librorum «Monumenta litterarum rara et occulta» inscriptorum, quibus in lucem proferendis Ladislaus Vajthó praest, gymnasi nostri de rege Matthia nominati discipuli duce atque auctore Tiberio Dénes dr. ediderunt Eugenii Péterffy, gravissimi intelligentissimique scriptorum et poetarum aestimatoris Hungaricorum recognitiones litterarum a. 1889—1899 conscriptas. Quas nostri discipuli ex ephemeride, quae Budapesti Szemle vocatur, ubi n. mis diu latitabant, eruerunt, collegerunt et annotationibus ad intelligendum necessariis apposis summo studio sollicitaque diligentia foras dederunt. Libellum T. Dénes subtili et eleganti praefatione prosecutus qualis quantique momenti Péterffyana critici muneris functio fuisset, optime edisseruit. Dénes eiusque discipuli in editione recognitionum Péterffyana, quae nostris quoque temporibus vigore pollent, opera utili et laudabili functi sunt.

Car. Acs.

Vademecum ad usum studentium catholicorum in universitatibus extraneis versantibus edendum curavit Pax Romana. Anno Domini MCMXXX. Fribourg. 304 paginae. Praefatio huius libri utilissimi ab Rudi Salat scripta est. Conspectus materiae: Foederationes studentium in confoederatione «Pax Romana» consociatae, conventus generales et praesides. Foederationes studentium internationales. Officinae internationales. Scholae altiores earumque officinae: Instituta pontificia, internationalia, nationalia 18 regnorum. Hic liber omnibus studentibus universitates extraneas frequentaturis perim-pense commendatur.

Periodica latina.

Iterum ad «Palestram».

Nostine, lector humanissime, Commentarium «Palae-stra Latina» ubique terrarum sed maxime in Hispania et America Latinitatis praeconium? Hic ergo praeclarus commentarius propediem reviviscet. Communistarum turba vetustissimam illam universitatem Cervariensem, ubi «Palaestrae Latinae» sedes erat, expugnavit. Domus tota expilata, nudata, direpta, depopulata est; quidquid in ea sacrum erat, ignibus mandatum; volumina plus 20 milia simul ac documenta flammis extincta; pii ac mites incolae vexati ac dissociati, qui postea per agros et colles quaesiti ac demum reperti crudeliter et impie interfecti sunt. Suavissimus et humanissimus P. Emmanuel Jové C. M. F. «Palaestrae Latinae» moderator egregius 15 stipatus scholasticis, suppliciis forti animo perpessus, aperta et dilucida de christiana fide testimonia dedit et martyrii palmam adeptus est. Ceteri «Palaestrae Latinae» con-scriptores, ab humano commercio prorsus segregati, per latebras et cavernas vitam errantem agebamus magnis sollicitudinibus et angustiis plenam. Sed Deo placuit, ut post longam et laboriosam navigationem ad portum salutis tandem pervenire possimus. Nunc vero cum commu-nistarum ruinas et vastationes diutius contemplari ne-queamus, ad «Palaestram Latinam» iterum edendam praesto sumus. Brevi ergo Palaestra Latina reviviscet eritque ut semper fuit Latinae linguae nutrix et magistra, spectatus animi hospes, in otio socia dulcissima.

I. M. Jiménez, C. M. F.
Alabonae apud Caesaraugustam.

Der Lateiner. Blätter für Freunde der alten Sprache in neuer Zeit. Band 1. Heft 1. Ferd. Dummlers Verlag Berlin, SW 68 und Bonn.

Laetabundi ex animo fraterno salutamus novam in Germania ephemeridem, quae primum hoc anno mense Martio in publicum prodit. Haec ephemeris, quae «der Lateiner» inscribitur, ad linguae Latinae scientiam latius propagandam condita est. Est autem optime composita, quae argumentorum lectionumque lepidissimarum atque earundem utilium varietate et ubertate distinguitur. Ex quibus cognoscendi causa specimina quaedam afferimus: Romanorum post cladem Cannensem constantia, de Viducindo Saxonum duce, ex Theophilo Hrosvithae, litterae B. ab Hassenstein ad Chr. Langheim datae, de pago Rhenano, Quomodo Andreas Hofer mortuus sit (narratio Petri Roseggeri ab Ottone Schmied censore aenigmatum nostrorum Latine versa), Andreas Hofer, carmen Julii Moser ab O. Schmied Latine redditum, particula Aristarchi opitiziani, De Friderico II, de ultima Mariae Theresiae hora, de prima fabulae cuiusdam Schillerianae in scenam inductione, de Goethei obitu, deductio navis longae, de monstratione universali Parisiana, Hamburgum augescens et crescens, etc.

Extremae paginae argutiis, nugis, facetiis, aenigma-tibus, censura librorum concluduntur. Latinitas ephemeridis est pura, facilis et volubilis. Forma et ornatus fasciculi exterior est nitidissimus. Omnibus linguae Latinae fautoribus hanc ephemeridem praecipue ad usum Germanorum destinata commendamus. Quotannis 3 fasciculi eduntur, pretium fasciculi 2 M., trium fasciculo-rum 5 M.

Car. Acs Budapestinensis.

Societas Latina. Periodicum societatis eodem nomine nominatae. München. Annus VI. fasc. I. 1938. Pag. 1—16. G. Lurz praeses a negotiis: Lectoribus benevolentissimis. — Iulius Dutoit moderator novus lectoribus salutem. — Lis: Appellatio Ducis Germaniae in stadio Berolinensi habita. — I. Dutoit: De pronuntiatione in latino sermone adhibenda. — Potucek: Vertendi specimina. — Schaefer: Carmen rectoris gymn. Weseliani. — Carmina (Morabito, Holler, Goslar). — Aenigmata. — Librorum recensio. — Varia. — Corrigenda. — Conspectus periodicorum (ubi etiam summarium «Juventutis» enumeratur).

Nuntius Latinus. West de Pere, Wisconsin, U.S.A. 1937—1938. Vol. II. 4—16. — America iam tria habet periodica latina, quorum «Nuntius Latinus» in singulis fere fasciculis mentionem «Juventutis» facit, cuius exemplaribus a patre quodam Ordinis Praemonstratensis Hunga-rico missis anno praeterito Rev. Ios. A. Linde modera-tor condidit hoc praeconium latinitatis fideique Chri-stianae.

Quia numerus periodicorum latinorum singulis annis semper augetur, abhinc tantum eorum summarium publi-cabimus, quae etiam indicem «Juventutis» publicaverint.

Diva Mathesis.

Ex caeli sphaeris descendisti, generosa
Ars, quae mensura, numero pondo statuis res,
Artificum dominatrix ac sapiens moderatrix,
Diva mathesis!

Dira Mathesis.

Difficilis captu pueris pigritantibus ars es,
Tormentis vexas, angis mentem meditantem.
Assidue conflas capitis mala discruciat,
Dira mathesis! Viator Steylensis.

De re aenigmatica. (10)

Otto Schmied Vindobonensis.

Solutiones aenigmatum nonae partis.

49. Consul, sulfur, furca, cave, vela, Lacon. 50. Silent inter arma leges. 51. Aequam memento rebus in arduis servare mentem! 52. Carpe diem! 53. canus, ulmus, iacio, bimus, orare, nutus, origo: Cui bono? 54. polus, laesa, casta, arbor, alius, amata: Lesbia.

Simillimo modo litteris intericiendis nova vocabula fingenda sunt et litteris interiectis praestans vox aenigma-tica inveniri potest.

55. Litteris interiectis.

CARTA - CELTA - GENUS - PARVS
MYTVS - SALVS - VALES - VARVS

Vocibus ex his,
Cum intericis

Tertias post litteras
Singulas tu alias,

Forma novas voces!
Eas deinde loces

Ista ex sententia,
Quae est hic apposita:

1. Est cibus, quem iam condivere,
2. «Alternus» valet idem fere,
3. Quae loca inter montes cernis,
4. Si talis rosa, mox hanc spernis.
5. Qui deus similis est Lari.
6. Qui parci rei familiari.
7. Interdum idem est ac «mobilis».
8. Cui «occultata» vox est similis.

Interiectae litterae
Nomen nunc poetriae
Indicant Romanae,
Quam novisti sane.

V.

Restat, ut de aenigmatibus agam, quorum voces sive numeris sive rebus circumscribuntur. Aenigmatum nume-rariorum praecipue duae species sunt: a) aenigmata, in quibus segregata vocabula numeris circumscribitur sunt investiganda, quorum sive initiis sive aliis litteris certi loci aliquid singulare significatur; b) aenigmata, in quibus proverbium vel sententia numeris circumscribitur et solutio «vocibus auxiliariis» item numeris velatis sub-levatur.

56. De libris historicis.

(numeris)

- | | | | |
|---------|---------|----|---------------------------------|
| 8 1 11 | 7 8 12 | 5 | Historicus est nobilis. |
| 9 2 12 | 5 8 12 | 5 | Sed talis est interdum fur. |
| 7 2 7 | 8 7 12 | 13 | Quod capis, si tu incipis. |
| 11 1 2 | 9 10 12 | 5 | Et talis cantus cupitur. |
| 14 3 12 | 10 7 13 | 7 | «Plerique» vox est similis. |
| 15 4 10 | 7 8 1 | 5 | Qua praeditus sit iuvenis. |
| 1 5 14 | 1 5 7 | 1 | Amica erat Periclis. |
| 1 6 15 | 4 2 7 | 5 | «Quam iuvat me, quod tu venis.» |

Secundis, quartis litteris
Videtur redditos
Scriptoris rerum nobilis
Librorum titulos.

(cf. in «Iuv.» num. I. aen. 1, num IV. aen. 6, num. V. aen. 4 l)

57. De tempore matutino.

(numeris)

2 4 7 6 7 2 - 5 4 3 8 3 - 2 5 8 1 2


Quos numeros si litteris
Tu recte commutaveris,
Proverbium efficietur,
Quod semper a te observetur.
Ne enitaris nimium,
Sit datum hoc auxilium:

2 3 4
5 6 7 8

Si quid ita fit, fit forte.
Et hoc «affici» est «morte».

58. Dictum Alexandri Magni.

(rebus)



Etsi hac commentatione minime omnia genera aenigma-tum tractavi, tamen me demonstrasse puto nullum esse aenigma, quin Latina veste possit indui. Neque vero res aenigmatica funditus esset exhausta, nisi etiam in appen-dice de pensis cogitandi et quaestionibus iocos paucis dissererem, quae aliqua ex parte ad aenigmata sunt re-ferenda. Pensa cogitandi diversi sunt modi, sed persaepe nihil aliud ac calculi vel aequationes.

59. Divisio.

Quattuor pueri in summa trecentas nuces acceperunt.
Quot quisque accepit, si secundum aetatem denis plus
alter quam primus, tertius quam alter, quartus quam tertius
accepit?

(cf. «Iuv.» aen. 1. num. III, aen. 2 num. V l)

Item quaestiones iocosae variae sunt (cf. in «Iuv.» num. IV aen. 1 l), interdum re vera aenigmata velut hae, quibus commentationem de re aenigmatica confecturus sum.

60. Quaestiones iocosae.

1. Quid pia est, quae habitat in o?
2. Quid studiosus sine studio?
3. Quid est, si mus est inter i?
4. Et dic, quid lis sit pueri!
4. Quid tibi est, si oles tu in d?
6. Quid miserabilis est sine se?
7. Quid urus est, qui modo perit?
8. Quid complectente intus erit?
9. Quid condens ago si iniecto?
10. Quid asinus fit si excepto?
11. Si fide prorsus solvitur
Fidelis, quid tum agitur?
12. Quid tandem violens est sine vi?
Roga us satis nunc responde mi!

(Finis.)



Censor aenigmatum: Otto Schmied Vindobonensis.

Solutiones aenigmatum numeri IX.

- clam, lupa, aper, mare.
- in (venis) + ven(is) + (ven)tus = inventus.
- Parva sapientia regitur mundus.
- parat, paret, parit.

Aenigmata recte dissolverunt: I. In Hungaria: Paulus Tolnay (*Scholae Piae*), Ladislaus Keleti, Egon Rosner (*gymn. IPEA*), Stephanus Székely (*Rákócziánium*), Martha Koch (*Veresianum*), Emericus Regényi (*Madachianum*), *Budapestinenses*. — Emericus Lipsitz, Gabriel Vajda *Debrecinenses*, Franciscus Fazekas *Ujpestiensis*, Ioannes Balla, Rolandus Csapó, Ludovicus Lenkei, Stephanus Kis, Ludovicus Mihófalvi, Ludovicus Magassy, Gabriel Gidáli, Eugenius Kakuk, Andreas Lénárt, Lad. Gööz, Franc. Horkay, Tib. Juhász, Attila Kisfaludy, Lad. Nyiry, Iul. Oláh, Felix Örs, Des. Pál, And. Pálos, Nic. et Titus Sávoly, Franc. Schubert, Georg. Székely, Steph. Sziklai, Tib. Turcsányi, Iul. Valent, Em. Ficzer, Lad. Gallai, Lad. Komoróczy, Em. Tóth, Car. Ungár, Franc. Volarik, Gustavus Vongrey, Andreas Mihalik *Agrinenses (Bernardinum)*, Iosephus Fejes *Kaposváriensis*, Steph. Timkó, Lad. Kazinczy, Eug. Fitos, Otto Vozár, Béla Kertész, Des. Kiss, El. Lovrecz, Ios. Schuster, Steph. Bartók, Zolt. Sárosi, Gabr. Tóth, Al. Németh, El. Ruzsinszki, Bela Petővári, Guil. Bárdos, Lad. Jelinek, Col. Jámor, Zolt. Berthóti, Zolt. Pál, Steph. Schler, Lad. Papp, Ios. Kovács, I. Potoczky *Miskolcienses (Fraterianum)*, Ladislaus Kónya *Sabariensis*. — II. In Germania: Joannes Gabriel, Carolus Petter (*realgymn. Grillparzeriani*); Thea Schmied *Vindobonenses*. — III. In Helvetia: L. Helena Candolphi, T. Alicia Moretti *Locarnenses*.

Praemium sorte Iosepho Fejes, Ludovico Magassy, Gustavo Vongrey, Emerico Regényi, Emerico Lipsitz, Franciseo Fazekas, Iosepho Kovács, T. Aliciae Moretti, Joanni Gabriel obvenit.

Liber qui inscribitur «A 10 éves magyar rádió» ab Societate Radiophonica Budapestinensi aenigmata solventibus praemio datus est.

- Vae victis!*
(compositio)

A signo numeri incipio,
Adversans sequitur coniunctio,
«Rimosum» vas in fine stat;
Coniuncta res tentamen indicat.
E consilio Ioannis Wolkóber, disc. Madachiani.

2. Quadratum magicum.

1.	2.	3.	4.	
1.				D E E E
2.				E F I I
3.				M M M N
4.				N O O R

- Qua re in penso valde delectaris?
- Pronomen est demonstrativum.
- Quis vestrum iam pugnavit cum Avaris?
- Emendi verbum et passivum.

O. S.

3. Crucigramma.

1		2	3	4		5
		6				
7	8				9	
10		11		12		
13			14			
15						

ad libram:

- 1+15 Est nobilis sententia:
«Labore fit victoria.»
- 6 Beati sunt caelicolae.
- 7 Sic notas: loco alios.
- 9 Sed hoc est praepositio.
- 10 Inversae valent litterae:
«Cui debes mel? dic propere!»
- 12 «Quod... te, mi pulsat cor.»
- 13 Quae rest es melle...?

ad perpendicularum:

- Pro «firma» dicere est fas.
- Sic «quadringenta» adnotas.
- Qui fecit hoc, est loco alio.
- Est nota pro «Tiberio».
- Pro «vires» hoc invenio.
- Ad quantum casum praepositio.
- Est gratus sensus animi.
- Et avi est et exercitui.
- Pro «inquit quis inveniet.
- Inverse legis «scilicet».

E consilio Georgii Lénárt, disc. gymn.
IPEA Budapest.

4. Ad exitum anni scholastici. (numeris)

1	4	6	4	7
2	8	4	6	2
3	2	10	2	9
4	8	10	4	11
5	12	13	4	14
2	11	15		

- Pro «exitus» hoc usurpatur.
- Quae nota maxime optatur.
- Quid cupit minime discipulus?
- Est idem quod «assiduus».
- Qua eget re, qui discit male?
- Quis solutori dicit «vale!»?

Primis litteris significatur,
Quod a cunctis iam desideratur.

5. Duae sententiae. (ad saltum equulei.)

est	tem-	mor-	ma-	ti-
it	A-	quam	ne-	tem
con-	laus	Non	me-	ri
tam.	tu-	ma-	qui	re
ior	scit	vi-	me-	ri.


Béla Eggenhofer, disc. Rákócziánus.

Nota: Lectoribus minimis et mediis: 2, 4, 5, maioribus: 1, 3.

Terminus solutionum ad moderatorem mittendarum dies III mensis Septembris.

Solutiones aenigmatum sumptibus comparcendi causā singulis in scholis a magistro collectae in eodem involucri epistolae ad moderatorem mitti possunt.

Cunctis amicis aenigmatum iucundissimam aetatem optat censor aenigmaticus.



Emerici epistola (num. 9 pag. 130) a Desiderio Dezséry scripta est. — Al. R. «In poematis» non vitiosum est, quia abl. vocabuli «poema» a bonis auctoribus perraro «poematibus» dicitur. — O. Kunczer. Solutiones aenigmatum numeri 8 sero misisti. — A. Potucek. Librum Tuum nescio quomodo, sed re vera non accepi. Si potes, amabo, mittas alterum exemplar. Duo opuscula nuper a Te missa autumnno prodibunt. — Ex opusculis discipulorum prosae orationis tempore edentur, quae scripserunt Ios. Kaptay, Ios. Fejes, et Ioannes Varga (Sept.), Lad. Berko (Mart.), Ed. Weissenbach, Lad. Pálffy, G. Weisz, Em. Marko, Iul. Wattamány, Lad. Bene, Em. Lipsitz, Em. Szántó, Luc. Erdei, Hed. Glós et ioca discipulorum Iosephi Guelmino. Nolite de rebus technicis scribere, ut Lad. Iavorik de electrici-

tate, quae corrigere difficile est, quare mitte ad me, care Ladislai, translationem hungaricam. Lusus verborum tuos, Lad. Pokoly praeter Hungaros nemo intelligit. Vestra autem ioca, Lud. Perecz et Al. Toth de uxore et matrimonio haud mihi placent. Talia relinquitte puberibus adultis, qui iam uxorem habent.

Lectoribus usque ad Idus Septembris moderator vale dicit omnia fausta et secunda per aestivas ferias exoptans.

Index collaboratorum.

(Numeri paginas indicant.)

I. Discipuli: 1. Hungaria: L. Ádám 132, Carolus Anheuer 21, Ludovicus Bikszády, Stephanus Bodonyi 52, E. Boros, A. Bors 132, Anna Büchler 96, Ios. Cserépy 69, Cs. Dóry 99, B. Eggenhofer 159, R. Elmer 35, Eug. Ferenczi 116, A. Frigyes, Ioannes Glancz 132, Lucia Gonda 22, Ludovicus Hekli 116, Ladislaus Leleti 51, 99, 116, A. Kaveg: gia 11, Rudolphus Kószei 39, G. Légrády 21, G. Lénárd 80, 96, 158, G. Lombos 22, Nicolaus Mayer 64, Iulius Nagy 35, Ioannes Névery, Paulus Odescalchi princ. 52, E. Osim 64, A. Pallavicini 10, Z. Pucher 144, P. Resofszi 112, P. Sárközy 153, C. Sass 132, Fridericus Schmidt 67, 105, 121, Georgius Székely 119, Curtius Tajber 69, Tiburtius Tallián br. 71, Alicia Timár 148, Adalbertus Tomaskó 100, Andreas Vagács 116, B. Vorsatz 22, L. Wagner 119, J. Wolkóber 158, I. Zágon 69, 131 *Budapestinenses*; Aurelia Csathó *Ceglédiensis* 80, 100, Stephanus Fricker *Dombóvárensis* 131, Iosephus Előd *Havaniensis* 139, Antonius Biró 83, Georgius Turnusz 99 *Jászberényiensis*, Helena Boldog 99, Elisabetha Fikár 40, 84, Hedviga Glós 83, Petrus Hanák 95, 112, 128, 144, Agnes Kónyi 100, Margaretha Mészáros 116, Francisca Solc 11, 131, Editha Weissenbuch br. 68 *Kaposvárienses*, Sectio latina thygatrogyrn. Kecskemétiensis 150, Maria Harangozó 68, 105, Emericus Markó 16, 32, Emericus Szántó 34, 109 *Keszthelyenses*, Ladislaus Elek 22, 42, Ludovicus Perecz 116, Ioannes Sándor 69 *Szeghalomenses*, Andreas Kucsora *Székesfehérváriensis* 109, O. Betkowski, Jolantha Jager *Szolnokiensis* 9, Alexander Berényi 4, Ladislaus Javorik 19, 48, 51, 64, Iosephus Kaptay 99, Andreas Uskert 35, 67, 117 *Tatani*, Franciscus Fazekas *Ujpestiensis* 99, 116. — 2. Germania: Petrus Friedländer 16, 48, Otto Raith 96, Franciscus Todter 80, Ioannes Wagner 96 *Vindobonenses*.

II. Professores et alii: 1. Hungaria: Carol. Ács 13, 27, 44, 77, 93, 109, 125, 141, 156, G. Bárczi et Otto Bundschuh passim, Desiderius Dezséry 3, 18, 34, 50, 66, 82, 98, 114, 130, Aladarus Friml 77, Iosephus Guelmino 6, 23, 40, 52, 69, 86, 104, 117, 132, 147, Magdalena Jóbóru 22, 51, Ios. Irsik 42, Victor Kósa 28, 146, Iulius Kovács 124, 142, 154, Elias Kemenes 128, Guil. Marcz s 36, 49, 100, Elisabetha Nagy 24, 90, 140, 149, Franciscus Turányi 93, 141, Iosephus Wagner passim, *Budapestinenses*; Vincentius Gombár *Balassagyarmatiensis* 55, 134, Ioannes Jeney *Debrecinensis* 38, 56, Aladarus Kővári *Kaposváriensis* 84, 101, 118, 135, Ludovicus Nyers *Kecskemétiensis* 72, Aemilius Lőng *Keszthelyensis* 5, 26, 37, 59, 74, 88, 103, 124, 137, 152, Valentinus Fehér *Kőszegiensis* 4, 19, 54, 65, 107, 123, Dionysius Kövendi *Kúnzentmiklósiensis* 9, 102, Stephanus Boros *Mezőtúriensis* 51, 136, Alexius Czuppon *Miskolciensis* 22, 33, 47, 67, 80, 83, 115, Thomas Rados *Pannonhalmensis* 11, Franciscus Schaub Quinqu: ecclesiensis 78, Vincentius Bors *Szegedinensis* 24, 92, 130, ecclesiensis 78, Eugenius Etter 30, Iustinianus Card. Serédi 11, 17 *Strigonienses*, Stephanus Helmecci 69, 81, Oskar Suszter

70, magistri gymnasii 12 Zalaegerszegiensis. — 2. *Batavia*: Soror Christiana *Harlemensis* 7, 57, P. Scholten *Amstelodamensis* 141. — 3. *Britannia*: Henricus Koehler *Pareciensis* 56. — 4. *Britannia*: I. D. Marcantoni *Londiniensis* 10, 113. — 5. *Cecoslovacia*: Fr. Palata *Trebicensis* 16, 32, 43, 48, 64, 80, 95, 124, 149. — 6. *Germania*: Andreas Avenarius *Tirschenreuthensis* 41, 58, 71, 89, Carolus Flesch *Reichenavensis* 32, Georgius Kaul *Scopenis* 106, 120, Theodorus Philips *Osnabrugensis* 30, 43, Franciscus Bauer 105, Otto Schmied *passim*, Thea Schmied 32, 48 *Vindobonenses*, Elfrida Wedel *Berolinensis* 140, 149, Antonius Hilekmann *Bevergernensis* 46, Ioannes Lis *Hindenburgensis* 112, Viator Steylensis 156. — 7. *Hispania*: Jimenez *Alabonensis* 71, 85, 156. — 8. *Italia*: Ioannes B. Bellissima *Pisanus* 1, 61, 91, 153. — 9. *Persia*: Iulius Banai 107. — 10. *Polonia*: Rudolphus Nowowiejski *Vilnensis* 76, Adalbertus Swietoslowski *Varsoviensis* 44.

Index rerum.

Capita principalia: De Guilelmi Marconi vita 1. Epistula Suae Eminientiae Iustiniani Card. Serédi 17. Albertus Szent-Györgyi 33. De Augusto principe 49. Dies natalis praesidis Poloniae 65. *St. Helmezy*: Carmen ad Batavos 81. — Centenarium inundationis Budapestinensis 96. — *J. Marcantoni*: De Byron poeta Anglico 113. — Hymnus Eucharisticus (cum melodia) 129, 130.

Aenigmata: 15, 31, 47, 63, 79, 95, 111, 127, 143, 158. **Epistolia officialia:** 16, 32, 48, 64, 80, 96, 112, 128, 144, 159.

I. Lectoribus minimis: Novus scholasticus annus 3, 18. Festum S. Stephani 3. — De occurso meo cum magistro 19. — Prima hora geographica 34. — Fabula de escarum fumo 34. — Duplex hora latina 50, 66. — *Varia* 51, 67. (De Aquino. Lepidissime.) — Venator misericors 67. — Emerici epistola: *Carmina*: a) Gigas terrestrium animalium 82; b) Poena petulantis 98. — Hellmesberger 84. — Quae de cornu Ducis Leel narrentur 98. — Inscriptiones Latinae Budapestinenses 114, 130. — Excursio 115. — Calendis Aprilibus 115. — Dux belli astutus 131. — Henricus Ford 146.

Iocosa: 10, 21, 35, 51, 68, 83, 99, 116, 131, 146. **Salse dicta:** 22, 34 (Széchenyiana), 42, 100, 116, 147. **II. Lectoribus mediis:** 1. **Narrationes:** *V. Fehér*: Ioannes hylaris 4, 19. — *Th. Birt*: Caesarem a Cicerone hospitaliter exceptum esse 5, 26, 37, 59, 74, 88, 103, 121, 137, 152. — *Thurston-G. Darás*: Qui testem unicum amisit 6, 23. — *Macrobios*: De Augusto principe 36, 49, 100. — *Reimmichl*: Nandus 41, 58, 71. — *E. Pogor*: Adest vesper S. Nicolai 52. — *I. Guelmino*: Fiat iustitia 69. *Trost*: Sponsio 70. *Foerster*: Münchhausen atque larva castelli 72. — *C. Puffy Huszár*: De hilaritate risuque leni 84, 101, 118, 135. — *B. Nográdi*: Vindicta nobilis 86. — De morte Iesu Christi 117. — *V. Rákosi*: Ioannes Peták asinum furatur 132.

2. **Carmina:** *Ausonius*: In Eunomum poetam 108. — *Avenarius*: Silva Bohemiae 89. — *Dimitrov*: Ad Hungariam 40. — *Gárdonyi*: Sapientia in undis 141. — *Gyulai*: Succenturio, mi domine 24. — *Helmezy*: Sors iterata 69. — *Irsik*: Quinque fures 42. — *Longfellow* 10. — *Mohr*: Sancta nox 54. — *Petőfi*: Cantus sonat mortuorum 24. Arbor fiam. Rosa est in collis latere 92. Exsequis sonat cantus 139. — *Schiller*: Carmen sagittarii 105. — *Shilleto*: 43. — *Székelly*: Ver 119. — *Uhland* 10. — *Vajda*: Viginti post annos 136. — *Viator*: Diva mathesis 156. — *Kalus*: In scelere 149. — *Sárközy*: Tempus veris 153.

3. **Nuntii recentissimi:** 5, 20, 39, 54, 72, 87, 102, 119, 136, 148.

Budapestini, ex officina consortii Stephanei. — Negotiorum curator: Fr. Kohl. jun.

4. **Gymnica:** *Eug. Nagy*: De vita castrensi exploratorum mundi 8.—25, 43, 109, 123, 131, 154.

5. **Aëronautica:** 10, 27, 133.

6. **Oblectamenta iucunda:** Pittacia cursoria 13, 139, 147. Olympia ludorum latruncolorum 24.

7. **Litterae et artes:** Philippus László 54. — Statuae Romanae Scarabantinae 108. — Byron poeta 113. — *C. Sebestyén*: De Carolo Kisfaludy 134. — Saliapin 136. — Dicta Nitzscheana 139. — Ordo rerum scenicarum 151.

8. **Res femineae:** De vita puellarum nostrorum temporum 9. Curae uxoris praesidis Roosevelt 24. Augustinus Monicae matris laudator 43. De S. Liduina 57. — *Elisabetha Nagy*: In memoriam reginae nostrae Elisabeth 90. — *N. Szendrey*: Testimonium identitatis 105. — *H. Lenkei*: Lotte 106, 120. — *Elfrida Wedel*: Quomodo puellae Germanicae colonae fiant 140, 149.

9. **Varia:** Nox aestiva 7. Cetus manu captus 39. De Gustavo Daleno, autophari inventore 91, De Nicolao Stenonio 153. Duae epistolae ex archivio Scholarum Piarum 104. — Cena apud Romanos 148.

10. **Geographia.** Campi Hortobágyenses 38, 56. Festi dies Parisiani 55. — *Köhler*: De Brasilia 56. *Imenez*: Memorabilia belli Hispanici 71, 85. — *J. Banai*: Cum pendulo Eötvösiano in Persia 107, 123.

III. Lectoribus maioribus: Laus linguae Latinae 11. — Vivum Latinum 61, 75, 92, 124, 141, 154. — Commmercium litterarum 11, 32, 61, 64, 76, 96, 112, 150. — Swietoslowski minister Poloniae 12, 44. — *Congressus* a) amicorum latinitatis internationalis 30, 46, 62, 75. b) Eucharisticus 61, 101, 120, 133, 137, 145, 155. — De Aloysio Galvanio 61. — *Certamen*: a) litterarium 77, b) poeticum Ruspantinum 124, Hoenffianum 141.

De re aenigmatica 14, 31, 46, 62, 78, 94, 110, 126, 142, 157. — **Carmina:** *R. Nowowiejski*: a) Ad O. Schmied, b) Christus Rex 76. — *Fr. Schaub*: Nunc do omnia 78. — *Eug. Etter*, *I. Wagner*: Carmen gratulatorium 36, 92. — *C. Radányi*: Idibus Martiis 109. — *Al. Felinski*: Hymnus Polonorum 110.

Librorum recensio: *G. Finály*: Archäologische Funde in Ungarn 13. — *Fr. Palata*: Anthologia poetes Bohemicae 13. — *Aug. Potucek*: Fontes Litterarum Latinarum (II.) 27. — *L. Nagy*: De organo Aquinci invento 28. — *L. Cognasso*: a) Il Latino per l'uso moderno. b) Colloquia Latina 44. — *A. Moisan*: a) 65 epigrammes grecques. b) Translations des grands poètes latins 49. — *B. Szabó*: Liber miserorum 49. — *B. Pighi*: De utilitate linguae Latinae 49. — *O. Suszter*: A római irodalom szellemi életünkben 77. — *Esp. Polit*: a) Horatiana, b) La Pastoral Virgiliana de Whieher 77. — *A. Sleumer*: Deutsch-kirchenlateinisches Wörterbuch 77. — *Gaar-Schuster*: Liber latinus (II.) 93. — *K. Balogh*: Martialis 94. — *E. Kallós*: Görög-római mitológia 109. — *I. Szidarovszky*: Indogermán nyelvtanok 110. — *M. Ielusch*: Caesar 125. — *K. Kerényi*: Korfu és az Odysseia 125. — *Mező F.*: A kolozsvári viadaliskola 125. — Gyakorlati latin-magyar-német beszélgetések 141. — *Olbas* (= Oleum Basileum) 142. — *T. Erdős*: A modern nyelvek Görögországban 142. — *O. Schmied*: Cantemus latine 142. — *Péterffy*: Magy. irod. bírálati 156. — *Vademecum* 156. — *Periodica latina* 62, 75, 156.

Sumptibus Societatis Magistrorum Catholicorum Mediarum Scholarum. — A Katolikus Középiskolai Tanáregyesület költségén.

(Praeses: DR. IOANNES KISPARTI, elnök.)



LATIN IFJÚSÁGI FOLYÓIRAT. LATEINISCHE JUGENDZEITSCHRIFT. REVUE LATINE DE LA JEUNESSE.

Administrator, ad quem pecuniae dirigantur: ALEXANDER REGÉNYI, Budapest, VII., Barcsay-u. 5. (tel: 142-215).

Moderator, ad quem manuscripta mittantur: I. WAGNER DR. Budapest, XI., Lágymángost-utca 20. (telephon: 288-634).

Prodit Budapestini quotannis decies. Pretium subnotationis an. 1937-38. in Hungaria 3 pengoe, extra Hungariam 4 pengoe. Gyrus aerarii comparsorum postalis in Hungaria: 57.292. Subnotatores earum gentium, unde simplex pecuniarum transmissio impeditur, utantur schidulis 'Coupon réponse international' appellatis, quarum si quis decem in epistola ad administratorem mittit, pretium annum solvit. Quinis exemplaribus sextum gratuito additur.

De Sancto Stephano primo rege Hungariae.

(1038-1938.)

Ubi es tu stella || splendida Hungarum,¹

Qui fueras regni || nostri auxilium:

Ubi es Stephane,

Hungari optant te!...

Hic cantus saepe cantatur hoc anno, qui est nongentesimus, ex quo S. Stephanus rex primus noster sepultus est. Decet gentem Hungaricam gratiam referre regi magno, qui puer adhuc ethnici² erat et Vaik nominabatur. Postquam pater eius, Geysa Dux cum Imperio Sacro Romano nationis Germanicae in gratiam³ redit,⁴ sacerdotes quoque Christiani in regnum venerunt et Vaik baptisatus⁵ nomen Stephanum accepit, mox autem Gisela, filiam Henrici Bavarici in matrimonium duxit.

Post mortem patris gentem Koppanyanam hostemque fidei Christianae armis rebellem domuit, quo facto totam Hungariam in religionem Christianam induxit. Deinde Astericum, abbatem Pécsváradensem ad Silvestrem II summum pontificem (= Papam)

Romam misit, a quo coronā sacrā et iure legati donatus decem dioeceses⁶ seu episcopatus⁷ constituit. Episcopatus monasterisque⁸ beneficia magna data sunt ad cultum dilatandum.⁹ Sed etiam statum regni constituit et disposuit, quod iam pater incepit, tamen laudes perficiendi S. Stephanus habuit. Possessiones gentium familiis divisit, sed plurimas possessiones familia regia obtinuit. Sic fundamenta imperii regii similiter ac¹⁰ Carolus Magnus posuit. Comitatus¹¹ praefecit — tum regii erant, officiales¹² comites¹³ praefecit — quem magistratum hereditate accipere non licebat (neque nostris temporibus licet) — et ita potestatem centalem firmavit.

¹ Hungarorum "po-gány" = der Heide = paen "kibékül" = sich versöhnen = se reconcilier "megkeresztel" = taufen = baptiser "püspökség" = Bistum = évêché "kolostor" = Kloster = monastère "elterjeszt" = verbreiten = répandre "mint" = wie = comme "megye" = Bezirk, Gau = comitat "tiszttartó" = der Beamte = intendant "főispán" = Gauleiter = chef de comitat préfet

